39

ſ uocabatur. lychanoſ hypaton ē nuncupata. Quarta uero hypate



Iſti eius uero colephonius. decimam in grauiorem parte coaptauit chordam. Timotheus uero mileſius undecimam; Quae qm̄ sup̄ hypaten atque parhypaten ſunt additę. hypate quidem hypaton uocatę ſunt quaſi maximae magnarum aut grauiſſime grauium. aut excellentes excellentium ſedu uocata ē. prima inter undecim hypate hypaton. ſecunda uero. parhypate hypaton. qm̄ iuxta hypate hypaton collocata eſt. Tertiaque dudum in ennea chordo hyꝑhypate ſ antiquum tenuit nom̄. Quinta parhypate, Sexta lichanoſ antiquū ſcilicet habens uocabulū. Septima meſe. Octaua parameſe. Nona trite. Decima paranete. Undecima nete. Eſt igit̄ unum thethrachordū. hypate hypaton. parhypate hypaton. lichanoſ hypaton. hypate, aliud uero ē. hypate. parhypate. lichanoſ. meſe. & haec quidem coniuncta ſunt. Tertium uero parameſe. trite. paranete. nete. Sed qm̄ inter ſuperius thethrachordum. quod ē hypate hypaton. parhypate hypaton. lichanos hypaton. hypate; & int̄ infimum. quod ē parameſe. trite. paranete. nete. ſuppoſitione medium thethrachordū. qđ ē. hypate. parhypate. lichanoſ. meſe. Totum hoc medium thethrachordum meſon uocatum eſt quaſi mediarum. Uocaturq; cum additamento hoc. hypate meſon. parhypate meſon. meſe. lychanos meſon. Qm̄ uero inter hoc meſon thethrachordum & inferius quod netarum diſiunctio ē. meſes ſcilicet. & parameſes. inferius omne thethracordum diſiunctarum uocatū ē. cū additamento ſcilicet hoc. Parameſe diezeugmenon. trite diezeugmenon. paranete diezeugmenon; nete diezeugmenon. ut ſit diſcriptio hoc modo;



Eſt igitur hic inter parameſen ac meſen diſiunctio. atq; ideo dizeugmenon tethracordū hoc uocatū ē. Quod ſi parameſe auferat. & ſit meſe. trite. paranete. nete. tunc coniuncta. id eſt ſinemmenon erunt tria tethracorda; Uocabiturq; ultimum tethracordum ſinemmenon. hoc modo.